



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac
Limitationibvs**

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla XCIIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63232)

1 *us a natura potest testari ad pias causas, & testamentum pro ualido habetur. secundum Corn. Rom. Bal. Bar. & omnes doct. in d. l. discretis. C. qui test. fac. possunt.*

2 *Fallit etiam quando princeps dispensaret, q̄ mutus, & surdus a natura posset testari. secundum Cyn. Bal. Alex. & Roma. in d. l. discretis. C. qui test. facere poss.*

3 *Fallit etiam in muto & surdo a natura qui constat intelligere & testari uelle ex signis & inditiis pro ut uoluerit lo Faber. in §. quinimo inst. de milit. testa. & Saly. Corn. Alex. & Ias. in d. l. discretis, secus de eo qui nil prorsus intelligit. secundum Bar. in l. i. ff. de uerb. oblig. q̄ not.*

REGVLA XCIII.

1 *Mandatum factum per aliquod collegium, seu commune contra omnes personas, uel aduersus omnes homines. An se extendat contra commune, uel uniuersitatem, tunc indubitanter q̄ sic. secundum Bal. in l. sed si hac §. qui manumittitur. ff. de in ius uocand. & c. cum in multis de rescr. in 6. & uide Cor. not in consi. 213. uiso tenore. nu. c. uol. 4. Io. Monach. in c. generali de reg. iur. Ratio quia mandatum contra omnes homines potest adaptari in uniuerso & in particulari. ut singuli, homines. Ita tex. in l. in tantum. §. uniuersitatis. ff. de rerum diuis. & Bal. in c. i. §. conuenticulas. n. g. de pace iur. firman. tenet q̄ appellatione personæ non continetur uniuersitas. Rom. consi. 195. nu. 3. etiã tenet q̄ appellatione personæ. continetur uniuersitas largo sumpto uocabulo, & impropria, q̄ not.*

2 *Fallit quando mandatum non esset factum seu celebratum legitimo modo ac solemniter congregatis syndicis d. communis ac duæ partes d. uniuersitatis secundum tex. in l. actuarios. C. de nume. & actu. l. 1. 2. & l. 2. C. de decur. l. 10. ibi solemniter in curia conuocatis. aliter non se extenderet contra uniuersitatem & hoc ratione illegitimi mandati non solemniter ordinati ex causis prædictis. secundum Corn. consi. 177. c. uol. 2.*

H BGV